Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26002
Copyright: Admont, Benediktinerstift



manifestationi ueritatis. et ea quasi operit uerbum qd predicare trepidat.
Supra candelabrum aut ponit lucernam qui corpus suum ministerio dei subicit.
ut superior sit predicatio ueritatis. et inferior seruitus corporis. per ipsam tamen cor
poris seruitutem excelsior luceat doctrina. que per officia corporalia. idem. per uocem
et linguam et ceteros corporis motus in bonis operibus insinuatur discentibus. Sup
candelabrum ergo ponit lucernam cum dicit apls. non sic pugno tanquam aerem
cedens. sed castigo corpus meum et seruituti subicio. ne forte aliis predicans ipse
reprobus inueniar. Non enim est occultum qd manifestetur. nec absconditum qd non
cognoscatur et non in palam ueniat. Nolite inquit erubescere euglium dei. sed inter
tenebras persecutorum lumen uerbi supra uri corporis candelabrum leuate. fixa mente
retinentes illum retributionis extreme diem quo inluminabit ds abscondita
tenebrarum. et manifestabit cogitationes cordium. Tunc enim et uobis a deo laus.
et aduersariis ueritatis pena manet eterna. Videte ergo quo modo auditis. Instanter
nos docet uerbo auscultare. quatenus et nro illud pectore continue rumina
re. et alieno ructuare sufficiamus auditui. Qui enim habet dabitur illi. et qui
cumque non habet etiam qd putat se habere auferetur ab illo. Tota inquit intentione
uerbo qd auditis operam date. quia qui amorem habet uerbi dabitur illi. et sensus
intelligendi qd amat. At qui uerbi amorem non habet audiendi. et iam si uel natu
rali ingenio uel literario se callere putarit exercitio. nulla uere sapientie dul
cedine gaudebit. Quod et si specialiter de aplis quibus caritate fideque potius
datum est, nosse misterium regni dei. et de perfidis iudeis qui in parabolis uidentes non
uidebant et audientes non intelligebant. qd uidelicet literam legis in qua gla
bantur amissuri essent. dictum uideatur. Potest ~~aut~~ tamen et generaliter accipi. quia
nimirum sepe lector ingeniosus negligendo se priuat sapientia quam simplex. sed
studiosus elaborando degustat. Idcirco aut sepe et desidiosus ingenium
accipit. ut de neglegentia iustius puniatur. is qui qd sine labore adsequi
potuit scire contempnit. et idcirco non numquam studiosus tarditate intelli
gentie premitur. ut eo maiora premia retributionis inueniat quo magis studio
inuentionis elaborat. Venerunt aut ad illum mater et frs eius. et non poterant
adire ad eum pre turba. Fratres dni non filii beate semper uirginis marie. iuxta
heluidium nec filii ioseph de alia uxore. iuxta quosdam putandi. sed eos potius
intelligendi sunt esse cognati. et sic supra disseruimus. Sane qd dns ad matrem
frsque rogatus ab officio uerbi dissimulat egredi. non materne refutat obse
quia pietatis. cuius preceptum est. honora patrem et matrem sed paternis se myste
riis amplius quam maternis affectibus debere demonstrat. idem nobis ex
emplo qd uerbo commendans. Qui amat patrem aut matrem plus quam me. non est
me dignus. Non iniuriose frs contempnit. spiritale. carnis cogitationi pre-
ferens religiosiorem cordium copulam docet esse quam corporum. Mistice aut

sed opus